



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.XXIV. Sancti Patris Benedicti. M.XLIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

REDIVIVUS.

49

106. Beatisime Marie Virginis in Gen-
genbach Alsatia.
 107. S. Trudonis in Hasbania Diaecos
Leodiensis.
 108. SS. Petri ac Pauli nec non S. Medar-
di in Flerbach, prope Lovanium.
 109. SS. Iuli & Modesti in Theres Diaec-
eos Heripolensis.
 110. Eberheim Münster, olim Noventi-
num in Alsatia.
 III. SS. Petri, Pauli & Georgij in Schwart-
zach Diaecos Argentoratensis.
 112. SS. Ethonis & Landelini in Etten-
heim-Münster.
 113. Sancti Cyriaci in Altiorff, in Alsatia.
 114. S. Dionysij in Banz Diaecos Bam-
bergensis in Franconia.
 115. Aurora Diaecos Heripolensis pro-
pe Kitzingam ad Saalam.

Monasteria
bus multos
infideli re-
tinent.

Hucusque catalogus Monasteriorum. Congregationis Bursfeldensis, quæ omnia. Hæresibus perditissimo hoc tempo re constanter obnixa, ut pleraque potentia erant & amplis ditionibus imperantia, magnam omnino partem Germaniæ in fide Romanae Ecclesiæ, cum virtù exemplo optimo, tum ipso supremi Dominij jure retinuere, donec invalecente in vicinos Principes Veneno Hæreco, multa violenter oppresa & ingens Religiosorum numerus [paucis, si cum tanto exulum pro Christo compares, carni & Dæmoni manus dantibus] nihil non injuriarum, pro Religione Orthodoxâ perpessi, hoc ipso etiam immortalibus se meritis Ecclesiæ & cœlis ipsis commendarent.

Mortalibus valedicit hoc anno egregius vita sanctioris promotor Venerabilis Joannes Gossélet Abbas Maricollensis, Monasterij celeberrimi ad Helpram fluvium situm in finibus Hanoniæ, alter illius Fundator, ob egregias Virtutes & magna merita, Maximiliano I. Imperatori dilectissimus, quem & insigniter demeruit, cuius filiam à Carolo VIII. Galliarum Regem repudiatam, delusis insigni stratageme Francis in Belgium reduxit, & Augustissimo parenti, non sine magno bonorum plausu reddidit.

Quo ipso anno Conradus etiam Abbas S. Martini Trevirensis, haud impari gloria Præsul è vita excessit, & immortale sui desiderium suis reliquit.

IESU CHRISTI ANNUIS M.D.XXV.
Sancti Patris Benedicti. M. XLIV.

Immortali Ordinis Benedictini glo-
ria & merito, summo juxta Eccle-
siæ omniumque fidelium fructu, ju-
vantibus & plurimum promoventibus
suffragio & meritis jam in cœlos re-
cepti Beati Michaelis nostri Florentini,
Coronæ Domini, sive Rosarij ætatis
Christi usus, longè latèque propaga-
tus invalescit; Fidelibus vel maxime
celebrata passim Institutoris sanctitate
pellectis, & Pontificio juxta Indulto,
quo Michaelem solemniter inter Bea-
tos retulerat Leo X. Pontifex Maxu-
mus, ad majorem devotionem inci-
tatis, ut eo quisque Rosario seu Coro-
na, Numinis demereri gratiam, om-
nemque Christi Vitam tali compen-
dio recolere pro virili quotidie fata-
geret. Adeo, ut inter præclarissima
Ordinis merita tanto dignius hoc In-
stitutum referatur, quam o maiore tot
millium provinciarum, nedium homi-
num, fructu & emolumento, constat
in totum terrarum Orbem propaga-
tum. Vistum haud abs re esse si Pon-
tificias litteras, licet jam ante septenni-
um datas hic quoque inferamus.

LEO EPISCOPUS SER-
vorum DEI Universis & singulis Chri-
sti Fidelibus præsentes litteras inspe-
cturis Salutem & Apostolicam
Benedictionem.

Corona &
mala. ut
sus longe
propaga-
tur.

Leonis X.
Diploma
super Rosæ
rio Ca-
ro mala.

Nuper nobis fide digna relatione in-
notuit: quod euidam seniori Eremiti in-
tra unius Celle anzugius jam quindecim
annos in sacra Camaldulensi Eremo in
magna vite austerioritate recluso, commorau-
it, Domino, ut credere pium est, inspiran-
te, à quo omnis recta procedit coquatio, in
mentem venit, quod in honorem Salvato-
ris & Domini nostri JESU Christi, fi-
deliumq; devotionem cedere posset, si quem-
admodum ex antiquissima valdeque com-
muni institutione Christi Fidelium in hono-
rem Beatisime MARIAE Virginis, secun-
dum numerum annorum, quos vixisse in
hoc mundo creditur sexaginta tres Ange-
licas Salutationes, septem interpositis Do-
minicis Orationibus, devotè dicere solet:
quod Orationis genus Coronam Virginis
vocant, ita in honorem Domini nostri Iesu
Christi, pro commemoratione annorum,
quibus ipse in terris versatus est, ex tri-
ginta tribus Dominicis Orationibus, quin-

J que

Jan. Ab-
bas Mari-
colensis.

B E N E D I C T U S

que interpositis Angelicis Salutationibus,
quasi Dominicam Coronam dicere ausecant,
supplicarique nobis humiliter fecit, ut ad
excitandum Fidelium devotionem, aliquam
Indulgentiarum gratiam, eam Coronam
Domini dicentibus concedere Apostolica Be-
Solemniter ngnitate dignaremur. Nos vero qui-
approbatibus incumbit, & honorem Domini nostri
& com- JESU Christi quantum ipso auxiliante
reundatur. possumus augere: & omnibus Christi fide-
libus devotionis incitamenta præbere, hu-
jusmodi supplicationibus inclinati, predi-
ctum orandi modum ab illo seniori, rechu-
soque Eremita excognatum, approbamus
confirmamusque & CORONAM DOMI-
NI volumus appellari. Quod orationis
genius, ut à Christi Fidelibus devotius sus-
cipiatur, frequentiusque excolatur, univer-
sis & singulis utrinque sexus, cuiuscunque
status. Ordinis & professionis, qui eam
dem Coronam Dominicam semel in die di-
xerint, per singulas vices decem annorum
Indulgentias; his vero, qui justo amoto im-
pedimento, per continuum anni circulum,
eandem Dominicam Coronam semel in die
dixerint, ultra predictam summam mille
annorum Indulgentiam, de nostra pleni-
tudine potestis. Auctoritate Apostolica
Indulgen- concedimus & elargimur. His vero, qui
tie conce- ad extreum usque vite diem, eam Do-
sa. mini Coronam semel in die dixerint, eas-
dem annorum summas duplicamus, & dis-
cedentibus ex hac vita, Apostolicam elar-
gimur Benedictionem. Quia vero difficile
est, presentes litteras ad universorum no-
nitiam pervenire, nisi oportuno providere
auxilio, eadem auctoritate volumus &
decernimus, ut transiunctis etiam impref-
sis, sigilloque sacro Camaldulensis Eremiti,
& alicuius Eremita subscriptione munitis,
ea prorsus fides adhibeatur, que ipsis ori-
ginalibus literis exhibetur: Volentes,
ut omnes Predicatores, ad quorum noti-
tiā hęc pervenerint, eas in presentia po-
pulorum publicare possint. Contrary non
obstantibus quibuscumque. Datum Floren-
tiae sub annulo Piscatoris, die 18. Februa-
rii 1516. Pontifici nostri anno tertio. Per
manum Petri Bembii. Rosarium idem

Idem Greg. XIII. In-
dulgentijs donat. Gregorius XIII. pluribus & majoribus
Indulgentijs ornavit, & magno Rei-
publicae Christianae bono propagan-
dum censuit. Videantur Augustinus
Florentinus, Lucas Eremita & alij.

Incredibilis, virorum sanctitate,
doctrina & genere Illustrissimorum
in una unica Hispaniarum Ordinis no-

ftri Congregatione, magno cum or-
namento Ordinis universi se prodit,
ex quibus vel unum saltē alterumve

Montferratensis Archisterij solo no-
mine celebremus. Excelluit inter ali-
os præclarissima sanctitatis fama com-
mendatissimus M. F. Christophorus de

Congreg-
tio Hispa-
nica.

Zamora, verè simplicitate Columbae
juxta ac serpentis prudentia prædictus.

Inter alia mille merita, à D E O Pro-
phetico Spiritu edocitus, quo suam,

aliorumque, ex nomine, Montferra-
tentium mortem præcognovit, & di-
fertissimè prædictit. Nec minor san-
ctitas, atque ab hac in cœlo terrisque

gloria Fratris Mauri de Alfaro, Magi-
stri Novitiorum absolutissimi in co-
dem Archisterio sanctissimo, & Dei

paræ unicè dilecto ut sacro, ante cuius

beatissimum obitum, triduo ante sin-
gulis noctibus Angelorum applauden-
tium, & quasi gratulantium plausibi-
les cantus exauditi sunt. Sed & R. P. F.

Francisci de Beiar, viri innocentissimi
sanctitas illuxit: ita superis etiam ip-
sis commendata, ut ad ipsum Magna

cœlitum Regina & Imperatrix invi-
sere dignaretur & sua præsentia mori-
turum gratiosissimè solaretur.. De-

multo pluribus, etiam diversorum Cœ-
nobiorum Abbatis & Cœnobitis san-
ctis atque eruditis, consulendus Ant. de
Jepes & alij rerum Hispan. Scriptores.

IESU CHRISTI ANNUS. M.D.XXV.
Sancti Patris Benedicti. M. XLV.

S Ydera Ordinis Illustrissima è coe-
lo Benedictino, exsplendescunt
hoc ipso anno: R. P. F. Galeatus Ga-
brielius, qui tricis mundi hujus felici-
ter extricatus, se ipsum Deo dare non

contentus, sua etiam omnia una secum
Deo obtulit; & novæ Militiae Montis
Coronæ nomen dedit. Cujus utique,
tanti viri ingressus, plenissima hujus

Reformationis confirmatio exitit, te-
ste Luca Eremita, & ab Galeatij con-
versione, Herois nimirum genere &

auctoritate spectatissimi, multo maxi-
me Ordinis sanctissimi propagatio,

promota est, de cuius laudibus, tuisus
idem auctor, & nos alibi. Justinian-

nus deinde Bergomensis, vir pietate
eximius, doctrina clarissimus, natu-
rali cultissimus ingenio, ornatisimis

moribus, Religione pius, Congrega-
tionis ejusdem famam mirificè auxit,

atque

Galeatus
Gabrielius.

V. Justinian-
us. Berg-
omensis.